

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Nobilitate generis & studijs literarú ornato, Vuolfgango de  
Eisenberch, amico suo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

luntatē. Omnino locum honestum, & ingenio tuo, de quo ambo præclare sentimus, dignum tibi promittit. Et spero utiliter te patriæ in ea gubernatione seruiturum esse, si mandari tibi eam functionē fines. *Quæso, ut mihi respondeas. Literas mittere* D. Hieronymus Staude, aut Magister Laurentius poterit. Bene uale. Die 12 Augusti.

Nobilitate generis & studijs literarū ornato, Vuolfgango de Eisenberch, amico suo,

S. D. Mea officia non defutura fuissent adolescenti, de quo scribis, si ad me cum tuo testimonio uenisset: libenter enim amplector tuos, propterea quòd de tuo ingenio semper bene existimaui. Sed ille adolescens, quisquis est, si non habet certam conditionem: meo iudicio rectius faciet, si non properabit ad gradum. Titulus aliquid habet oneris. uides meum exemplum: nemo me percellere potuit, ut illum quamlibet honorificum titulum Doctoris mihi decerni sinerem. Nec ego gradus illos parui-facio: sed ideo, quia iudico esse magna onera & necessaria Reipublicæ, uerecundè petendos esse, & conferendos, sentio. Ad D. Georgium ideo nõdum pastorem misi, quia cœlibem adhuc inuenire non potui. Vale, 6 Maij, An-

no 47.

t 3 Reue-